7o. An sciat eum semper catholice vixisse, et in fidei puritate permansisse? et quae sit causa scientiae?

8o. An sciat eum praeditum esse innocentia vitae bonisque moribus, an sit bonae conversationis, et famae, et quae sit causa scientiae?

9o. An sciat eum esse virum gravem, prudentem usuque rerum praestantem, et quae sit causa scientiae?

10o. An sciat eum aliquo gradu in iure canonico vel sacra theologia insignitum esse, quibus in locis et quanto tempore, qualique fructu ipsi theologiae vel juri canonico operam dederit, et an vere ea doctrina polleat, quae in episcopo requiritur ad hoc ut alios docere queat? et quae sit causa scientiae?

11o. An sciat eum aliquo munere aliquando functum esse vel circa curam animarum aut regimen alterius Ecclesiae se exercuisse, et quomodo in eis se gesserit tam quoad doctrinam quam quoad prudentiam, integritatem et mores, et quae sit causa scientiae?

12o. An sciat eum aliquando publicum aliquod scandalum dedisse circa fidem, mores seu doctrinam, vel aliquo corporis aut animi vitio, aliove canonico impedimento teneri quominus possit ad episcopatum promoveri, et quae sit causa scientiae?

13o. An idoneum eum existimet ad bene regendam Ecclesiam Munkacsiensem, dignum qui ad illam promoveatur, et an ipsius promotionem eidem Ecclesiae Munkacsiensi utilem, et proficuum futuram esse censeat? et quare ita censeat?

37 sic!

38 Átírva két másik szó, valószínűleg *sanctis ordinibus*

(fol. 3r)

Interrogatoria super statu Ecclesiae

1o. An testis sciat in qua provincia sita sit civitas residentiae episcopalis Munkacsiensis, cujus situs qualitatis, magnitudinis sit: quot constetur domibus et a quot christifidelibus inhabitetur: cujus dominio in temporalibus subiaceat, et quae sit causa scientiae?

2do. An sciat in illa civitate esse ecclesiam cathedralem, sub qua invocatione, cujus structurae et qualitatis, an aliqua reparatione indigeat, et quae sit causa scientiae?

3tio. An sciat cui archiepiscopo sit suffraganeus, et quae sit causa scientiae?

4to. Quot et quales sint in dicta ecclesia dignitates, canonicatus et alia beneficia ecclesiastica, qui sit numerus omnium praesbiterorum et clericorum ibi in divinis invenientium, quae sit dignitas major post pontificalem, quales sit redditus dignitatum canonicatum et aliorum beneficiorum, an adsint praebenda, theologalis et paenitentiarum, et quae sit causa scientiae?

5to. An in ea exerceatur cura animarum, per quem, an sit in ea fons baptismalis, et quae sit causa scientiae?

6to. An habeat sacrarium sufficienter instructum sacra suppellectili caeterisque rebus ad divinum cultum et ad pontificalia exercenda necessariis: chorum, organum, campanile cum campanis et coemeterium, et quae sit causa scientiae?

7to. An in ea sint corpora vel reliquiae aliquae insignes sanctorum? Quomodo asserventur? et quae sit causa scientiae?

8to. An habeat domum pro episcopi habitatione: ubi et qualem: quantum distet ab ecclesia cathedrali, an reparatione indigeat, et quae sit causa scientiae?

9to. An sciat verum valorem reddituum mensae episcopalis: ad quam summam annuatim ascendat: in quibus consistant: an sint aliqua pensione onerati, ad cujus vel quorum favorem dicta pensio sit reservata, et quae sit causa scientiae?

10mo. Quot existant in illo civitate ecclesiae parochiales, et an unaquaeque habeat fontem baptismalem: quot item in illa fiat (fol. 3v) collegiata, quot monasteria virorum et mulierum, quot confraternitates et hospitalia: an ibi sit mons pietatis, et quae sit causa scientiae?

11mo. Quam sit ampla diaecesis: quot et quae loca complectatur, et quae sit causa scientiae?

12mo. An in ea sit erectum seminarium: quot in eo pueri alantur, et quae sit causa scientiae?

13tio. An ipsa Ecclesia Munkacsiensis vacet, quomodo, a quo tempore citra, et quae sit causa scientiae?

7.

Bécs, 1772. október 2.

Major Gergely OSBM válasza a jelölt személyéről Bacsinszky András püspöki processzusának kérdőpontjaira

ASV Arch. Nunz. Proc. Can. fasc. 515, fol. 3v–4v.

Kiadatlan

Die Veneris secunda mensis Octobris anno iam indicato 1772. in aedibus S. Nunciaturae Apostolicae coram Illustrissimo et Reverendissimo Domino Nuncio Apostolico personaliter comparuit Admodum Reverendus Pater Gregorius Major Ordinis Sancti Basilii Magni, Rerum Orientalium Censor Aulicus, annos natus prout ipse asseruit et ex aspectu apparuit quinquaginta septem, testis ex officio assumptus et secreto vocatus qui delato sibi jurejurando de veritate dicenda tactis Sanctis Evangeliiis in forma juravit et examinatus super qualitatibus subjecti promovendi ad retroscripta interrogatoria respondit uti sequitur.

Ad primum. Anno millesimo septingentesimo sexagesimo quinto ad hos usque dies agnovi et nosco Reverendum Andream Bacsinszki et quidem ex eo quia cum ego in Monasterio Basilianorum ad Munkacs in Monte Csernek residerem eum qua tunc Archidiaconum Sabociensem³⁹ et Parochum Dorogiensem et Monasterium saepius divertentem vidi, ubi in domo et in templo una diutius conversabamur. Non sum ipsius consanguineus, non cognatus, non affinis, non nimium familiaris, nullo minus inimicus, aemulus vel odiosus.

Ad 2dum. Vidi literas baptismales ostendentes eum esse natum in loco Beniatina⁴⁰ intra diaecesim Munkaciensem.

Ad 3tium. Ex eisdem literis baptismalibus mihi constat ipsum natum fuisse ex legitimo matrimonio atque honestis catholicisque parentibus.

(fol. 4r) Ad 4tum. Ex iisdem literis percipio ipsum esse quadraginta annos natum utpote anno millesimo septingentesimo trigesimo secundo in lucem venisse fertur.

Ad 5tum. Vidi testimonium authenticum pie defuncti Michaelis Manuelis Olsavski olim Episcopi Rossensis et Vicario Apostolico Munkaciensis⁴¹ sub dato diei secunda mensis Septembris anno Domini 1756 ex quo resultat quod Reverendus Dominus Andreas Bacsinski ab ipso promotus fuerat ad omnes ordines.

Ad 6tum. Ex relatione complurium accepti quotiescumque de eo sermo incidit eum in exercitio ordinum et ecclesiasticis functionibus praeclare semper versatum fuisse, sicuti et in susceptione sacramentorum admodum frequentem et devotum.

Ad 7mum. Idipsum de eo ex gravibus catholicisque viris saepe intellexi.

39 sic!, utána áthúzva vsz. *ad nos ita*

40 Vadászfalva, Ung ym. Szobránci járás (Beňatina, Szlovákia)

41 1737 és 1767 között volt munkácsi püspök. Ezután áthúzva: *ex quo resultat*

Ad 8vum. Nihil inquam in contrarium audivi immo quantum experientia cognoscere potius est morum facillimorum, bonae conversationis et famae integrae.

Ad 9num. Uti quidem ex viris fide dignis audivi est vir gravis, prudens et usu rerum praestans quoad etiam confirmant dignitates ipsi collatae.

Ad 10mum. Mihi non constat eum seu in iure canonico, seu in sacra theologia ullo gradu esse insignitum. Audivi vero ipsum Tyrnaviae in Hungaria theologiae et iuri canonico cum fructu operam dedisse, ita ut praebeat doctrina ad alios docendos episcopo necessaria.

Ad 11mum. Scio ex publica fama, et scientia propria, eum obtinuisse archidiaconatus duorum comitatum Sabolcs et Sathmar quibus adnexa erat cura animarum item archidiaconatum cathedralis ecclesiae Munkacsiensis et postmodum vicariatum generalem ejusdem ecclesiae sede vacante, in quibus omnibus muneribus exercendis accepi ipsum doctrina, prudentia, integritate bonisque moribus se gessisse.

(fol. 4v) Ad 12mum. Nihil horum scio nec audivi.

Ad 13tum. Omnibus de causis suis usque a me adductis ipsum idoneum existimo ad bonam regendam ecclesiam Munkacsiensem, dignum propterea qui ad eam promoveatur eiusque promotionem dictae ecclesiae utilem et proficinam fore.

Ita pro veritate respondi et deposui

Ego Gregorius Major⁴² manu proprio Ordinis Sancti Basilii Magni

Philosophiae et sacrae theologiae doctor.

rerum orientalium censor aulicus⁴³

8.

Bécs, 1772. október 2.

*Simoga János munkácsi irodaigazgató-helyettes válasza a jelölt személyéről
Bacsinszky András püspöki processzusának kérdőpontjaira*

ASV Arch. Nunz. Proc. Can. fasc. 515, fol. 4v–5v.

Kiadatlan

Eadem die Veneris anni jam dicti in eisdem aedibus S. Nunciaturae coram eodem Illustrissimo et Reverendissimo Domino Nuncio Apostolico personaliter constitutus comparuit etiam Reverendus Dominus Joannes Simoga diaecesis Munkacsiensis praesbiter et episcopalis cancellariae Munkacsiensis vicecancellarius annum agens ut ipse asseruit et ex aspectu apparuit vigesimum septimum testis ex officio assumptus et secreto vocatus qui delato sibi juramento de veritate dicenda tactis Sanctis Evangeliiis in forma juravit et examinatus super qualitatibus subjecti promovendi ad retrospectiva interrogatoria respondit, prout sequitur.

42 Grigorie Maior később fogarasi püspök (1773–1782).

43 Saját kezű aláírás

Ad primum. Iam ab undecim annis nosco in persona Illustrissimum Dominum Andream Bacsinski modo nominatum episcopum Munkaciensem. Non sum ipsius consanguineus, cognatus, affinis, nimium familiaris, multo minus inimicus, aemulus vel odiosus.

Ad 2dum. Iam ex notorietate publica tum ex lectione baptismalium tum ex communi patria scio ipsum natum fuisse in Hungaria, in comitatu Unguariensi, loco Bensatina⁴⁴ vocato.

Ad 3tium. Ex iisdem literis baptismalibus et ex notita parentum ipsius scio natum fuisse ex legitimo matrimonio, atque honestis catholicisque parentibus.

Ad 4tum. Ex dictis baptismalibus constat mihi ipsum natum esse anno millesimo septingentesimo trigesimo secundo.

(fol. 5r) Ad 5tum. Ex authentico testimonio quod ipsemet produxi scio eum promotum fuisse ad omnes ordines inclusive ad praesbiteratum a pie defuncto Michaele Manuele Olsavski episcopo Rossensi vicario apostolico Munkaciensi⁴⁵ quod testimonium est⁴⁶ sub dato diei 2dae Septembris anno Domini 1756.

Ad 6tum. Audivi et vidi eum in ecclesiasticis functionibus et exercitio ordinum susceptorum diu versatum. In susceptione sacramentorum frequentem et devotum.

Ad 7mum. Observavi etiam ex conversatione frequentiori eundem semper catholice vixisse et in fidei puritate permansisse nihilque contrarium unquam audivi.

Ad 8mum. Scio etiam praeditum esse innocentia vitae bonisque moribus, bona item conversatione, et famae esse. Idque tum ex propria experientia, tum ex constanti auditu.

Ad 9num. Testis fui eum muneribus suis gravitate prudentia usuque rerum functum fuisse.

Ad 10mum. Insignitum esse aliquo gradu in iure canonico vel in sacra theologia nunquam audivi. Eum tamen Tyrnaviae in seminario generali sex annos iuri canonico et theologiae tali cum fructu vacasse intellexi ut omniam iudicio ea doctrina polleat quae in episcopo requiritur ut alios docere queat.

Ad 11mum. Scio eum fuisse parochum in oppido Haidonicali Dorog⁴⁷ vocato et functum esse munere archidiaconi binorum comitatum Sabocs⁴⁸ et Sathmar ubi tam quoad doctrinam quam prudentiam integritatem ac mores ita praegressit ac meruerit ad altiora nempe ad canonicatum et archidiaconatum cathedralis ecclesiae Munkaciensis promoveri, et subinde sede vacante episcopali ad vicariatum generalem uti docent instrumenta a me ipso producta.

Ad 12mum. Quamvis eundem iam ab undecim annis personaliter noscam nullum tamen ab eodem aut scandalum circa fidem mores et doctrina datum esse aut aliquot corporis ac animi vitio aliove canonico impedimento teneri quominus (fol. 5v) ad episcopatum promoveri posuit nihilque simile audivi.

44 sic!

45 Áthúzva: *dato*

46 sic!

47 Hajdúdorog

48 sic!

Ad 13mum. Eum omnino dignum ac idoneum esse ad regendam ecclesiam Munkacsiensem existimo et scio commune cleri et populo diaecesis Munkacsiensis vocem fuisse quod eundem suspirare habere episcopum et pastorem tum quia pollet expressa doctrina, tum quia cleri quam populi genium optime noscit, quin quidem meis ipse auribus audivi.

Ita pro veritate respondi et deposui
Ego Joannes Simoga diaecesis
Munkacsiensis presbyter et episcopalis
Cancellariae Munkacsiensis
Vice-Cancellarius manu proprio⁴⁹

9.

Bécs, 1772. október 2.

*Simoga János munkácsi irodaigazgató-helyettes válasza a Munkácsi Egyházmegyéről
Bacsinszky András püspöki processzusának kérdőpontjaira*

ASV Arch. Nunz. Proc. Can. fasc. 515, fol. 5v–7r.

Kiadatlan

Eadem die Veneris anni ejusdem jam superius citati in ipsis S. Nunciaturae aedibus postquam Admodum Reverendus Dominus Joannes Simoga ad interrogatoria Reverendissimi Domini Nominati qualitates concernentia responderat, immediate post interrogatus etiam de statu ecclesiae Munkacsiensis, sequentibus satisfecit.

Ad primum. Ex mea longa permansione in oppido Munkacs scio ipsum situm esse in Hungaria comitatu Beregiensi in planitia quadam, esse mediocris magnitudinis. Constat autem ducentis et amplius domibus, et quidem sexaginta circiter familiis Ruteno-Catholicis totidemque Latini ritus, et fere septuaginta Calvinisticis familiis. Subest autem in temporalibus Egregii Domini Comitum a Schönborg⁵⁰ quod etiam constat ex notorietate publica.

Ad 2dum. Scio in illo oppido esse ecclesiam cathedralem quae etiam parochialis est sub invocatione a Beata Maria Virgine in caelum assumpta designatam qua cathedralem 3tia aprilis anno currentis ab Excellentissimo ac Reverendissimo Domino Nuncio Apostolico Viennensi,⁵¹ esse autem recentis sed simplicis structurae ex muro (fol. 6r) et tam interne quam externe reparatione omnino indigere quae scio quia ibi saepius celebravi.

Ad 3tium. Est suffraganeus archiepiscopo Strigoniensi ut legi et audivi.

49 Saját kezű aláírás

50 sic!

51 Antonio Eugenio Visconti efezusi érsek, bécsi nuncius (1767–1774)

Ad 4tum. In dicta ecclesia sunt canonici et consistoriales numero septem qui etiam sunt archidiaconi districtuum quique ex resolutione regia tercentos florenos accipiunt singuli et quidem ex Cassa Parochorum. Aliae dignitates ac beneficia ecclesiastica nulla quoad numerum praesbiterorum et clericorum ibi in divinis inservientium concernit cum nulla sit eorum fundatio totidem rei sacra assistant quot haberi possunt. Dignitas post pontificalem prima est archidiaconus cathedralis. Praebenda theologalis et paenitentiarum nulla. Haec omnia scio propria experientia.

Ad 5tum. Cura animarum in ea ecclesia exercetur per parochum loci, estque in eadem fons baptismalis quia utrumque vidi.

Ad 6tum. Sacrarium ejusdem ecclesiae non est sufficienter instructum sacra suppellectili, sed ut in parochiali ecclesia fieri solet. Episcopus plane nullam habet suppellectilem ad exercenda pontificalia. Hactenus enim defunctus in Domino episcopus Bradacs usus est suppellectili a monasterio Potchiensi comessa. Chorus est sed sine fundatione. Organum in Graeco ritu in usu non est. Campanile est ligneum cum campanis numero quatuor est ad latus ecclesiae, sed ruinae proximum. Caemeteria bina, unum immediate ecclesiam cingens, aliud remotius fovea circumdatum. Haec omnia vidi.

Ad 7mum. Neque corporem neque insignium reliquiarum sanctorum in ea ecclesia existentiam mentionem fieri audivi.

Ad 8vum. In oppido ad exiguam distantiam a cathedrali ecclesia erecta est habitatio pro episcopo domus quidem (fol. 6v) ad aspectum sati⁵² ampla sed tam intus quam foris dimidia ex parte imperfecta atque pro episcopali habitatione valde angusta. Haec scio quia in eadem domo habitavi.

Ad 9vum. Ex clementia regia episcopus haber ter mille trecentos florenos quos ex Cassa Parochorum percipit, item ex decimis cathedralicis percipit circiter mille et septingentos florenos omnes in parata moneta. [...] ⁵³ in alterius favorem intervenit nulla. Haec scio ex quietantiis quas ipsemet de mandato scripsi. Reliqua autem audivi.

Ad 10mum. In oppido una est ecclesia parochialis quae et cathedralis Graeci ritus, altera Latini ritus. Utraque continet fontem baptismalem. Est etiam fanum Calvinisticum cum libero exercitio. Collegiata ecclesia praeter cathedralem nulla. Nullum in oppido scio virorum seu mulierum monasterium. Unum quod est Basilianorum distat ab oppido tribus horae quadratibus. Confraternitas et hospitale ex parte Ruthenorum [...] ⁵⁴ uti nec Mons Pietatis. Haec scio ex mea ibidem commoratione.

Ad 11num. Amplitudo diaecesis Munkaciensis se extendit ad decem et amplius comitatus. Loca pura Graeci ritus quae subsunt episcopo Munkaciensi sunt ultra octingenta. Mixta autem sunt ultra quadringenta. Parochi plures quam septingenti. Personae capaces confessionis ultra centumnovemdecia millia. Haec

52 sic! Helyesen: *satis*

53 Két olvashatatlan szó

54 Egy olvashatatlan szó

scio ex lectione scriptorum et ex calculatione authentica quam legi. [...] ⁵⁵ praeter unum vel alterum, ⁵⁶ comitatum omnes egomet [...] ⁵⁷.

Ad 12mum. Seminarium in Munkacs est nullum. Tercenti tamen [...] ⁵⁸ juvenes propriis sumptibus scholas frequentantes doctrina dogmatico-morali instruuntur per tres professores, quorum duo accipiunt tercentos florenos, tertius vero centum imperiales, omnes ex Cassa Parochorum. Est etiam ludimagister qui ex regia benefi (fol. 7r) centia viginti florenos accipit. Haec omnia vidi et quietantias illorum salaria concernentes de mandato scripsi.

Ad 13tium. Ecclesia Munkaciensis cathedralis vacat per interventam Joannis Bradacs episcopi quarta Julii currentis anni mortem, cui ipse interfui.

Ita pro veritate respondi et deposui

Ego idem Joannes Simoga diaecesis

Munkaciensis presbyter et

Cancellariae episcopalis Vice-Cancellarius manu proprio⁵⁹

10.

Bécs, 1772. október 3.

Bradács Mihály papnövendék válasza a Munkácsi Egyházmegyéről Bacsiniszky András püspöki processzusának kérdőpontjaira

ASV Arch. Nunz. Proc. Can. fasc. 515, fol. 7r–8r.

Kiadatlan

Die Sabbati 3tia Octobris anni pluries jam indicati in eisdem aedibus S. Nunciaturae Apostolicae coram praefato Illustrissimo et Reverendissimo Domino Nuncio Apostolico personaliter constitutus comparuit etiam Nobilis Dominus Michael Bradacs generalis seminarii cleri regiae Hungariae pro clerica susceptus, alumnus annos natus ut ipse asseruit et ex aspectu apparuit viginti quatuor, testis ex officio assumptus et secreto vocatus qui delato sibi jurejurando de veritate dicenda, tactis Sanctis Evangeliiis in forma juravit et examinatus super statu ecclesiae⁶⁰ Munkaciensis, ad retrospectiva interrogatoria respondit, uti sequitur.

Ad primum. Scio oppidum Munkacs situm esse in planitia quadam Regni Hungariae in gremio inclyti comitatus Bereghiensis, quod cum mediocri magnitudinis.⁶¹ Sit fars ducentas volam complectitur domus. Sexaginta circiter Ruthe-

55 Egy olvashatatlan szó

56 Áthúzza: *com*

57 Egy olvashatatlan szó

58 Egy olvashatatlan szó

59 Saját kezű aláírás

60 Az *ecclesiae* szó kétszer szerepel!

61 sic!

no-Catholicis familiis et totidemque Romano-Catholicis incolitur, et ab octaginta a summum familiis Helveticis. Subjacet in temporalibus dominio Excellentissimi Domini Comitis Eugenio Ervini a Schönborg.⁶² Causa scientiae est mea diuturna ibidem commoratio.

Ad 2dum. Scio in oppido Munkacs esse ecclesiam cathedralem, eamque per authenticum instrumentum medio Excellentissimi ac Reverendissimi Domini Nuncii Apostolici 3tia aprilis anni currentis nuncupatam et designatam fuisse. Vidi sub invocatione Beatae Mariae Virginis in caelum assumptae (fol. 7v) eandem ecclesiam esse, structurae recentis quidem, sed simplicis ex muro, et non minus intrinsecus quam extrinsecus reparatione indigentem. Horum omnium testis fuitum oculatus tum auritus.

Ad 3tium. Ex publica notorietate mihi constat, ecclesiam Munkacsiensem esse suffraganeam Archiepiscopo⁶³ Strigoniensi. Immo et legi decretum canonisationis, in quo inter alias ecclesias suffraganeas Strigoniensis ecclesiae metropolitanae legitur et Munkacsiensis.

A 4tum. In eadem ecclesia cathedrali sunt canonici septem qui per Majestatem Sacratissimam clementissime resoluti sunt cum salario tercentorum florenum Rhenensium. Alia beneficia ecclesiastica non habentur, et quia nulla aut pro praesbiteris aut pro clericis in divinis inservientibus facta est fundatio, ex hac proinde ratione tot presbyteri et clerici ad divina peragenda assumuntur quot occasionaliter haberi possunt. Dignitas post pontificalem est archidiaconatus cathedralis. Praebenda theologalis et paenitentiarum nulla. Haec omnia scio ex informatione authentica virorum fide dignorum, itemque uti testi diuturnus de visu.

Ad 5tum. Scio in eadem ecclesia curam animarum exercere per parochum loci, quem personaliter agnosco, ibique esse fontem baptismalem quam ipsemet vidi, immo et sacramentum baptismatis ibidem administravi.

Ad 6tum. Ecclesia Munkacsiensis qua parochialis non habet sacrarium sufficienter provisum, et sacra suppellectili instructum. Caeterisque rebus ad divinum cultum peragendum necessariis qua cathedralis vero caret. Sacrum nullum habet suppellectili communitum, et qua⁶⁴ hactenus pia memoriae episcopus usus fuit in pontificalibus hanc contra reversales monasterio Poucensi⁶⁵ commodam acceperat. Causa scientiae eadem quae saepius repetita. Chorus est sed sine fundatione. Campanile cum quatuor campanis proximam ruinam minatur. Organum in ritu Graeco non habet locum. Caemeteria duo sunt, (fol. 8r) unum ecclesiam cingens, aliud fovea circumdatum, ad modicam ab ipsa ecclesia distantiam. Scio ex scientia oculari.

Ad 7mum. Corpora sanctorum vel aliquae insignes reliquiae in dicta ecclesia nulla reperiuntur quod ex frequentiori virorum fide dignorum narratione audivi.

Ad 8vum. Domus pro episcopi habitatione ubi egomet per⁶⁶ viginti menses habitavi, ad exiguam distantiam a cathedrali ecclesia erecta, ad aspectum apparet

62 sic!

63 *Archi* – beszúrva

64 Áthúzva: ad usque?

65 sic!

66 Egy szó áthúzva

satis vasta sed pro usu episcopi omnino est angusta, et tam intus⁶⁷ quam foris reparatione indiget cum sit imperfecta ad hoc vero ut perfectatur, notabiles adhuc [...] ⁶⁸ requiruntur.

Ad 9num. Scio volumen redditum mensae episcopalis Munkacsiensis ad quinque milla florenos ascendere, a quibus ter mille et tercenti ex clementia Augustissimae Majestatis resoluti sunt, iiq̄ue ex Cassa Parochorum percipiendi, alii vero mille et septuaginti, titulo cathedratici in parata moneta percipiuntur. Nulla perperina onerati sunt. Causa scientiae quia respectivas quietantias egomet legi.

Ad 10num. In oppido Munkacs una existit ecclesia parochialis qua est ac eadem ac superdicta cathedralis. Adest alia ecclesia Latini ritus. Utramque ecclesiam haberi fontem baptismalem vidi. Est etiam in dicto oppidi Helvetiorum cum libero exercitio fanum. Praeter ecclesiam cathedralem ecclesia collegiata nulla. Monasteria seu⁶⁹ virorum seu mulierum omnino⁷⁰ [...] ⁷¹. Confraternitates nullae. Hospitalia nulla, Mons Pietatis ex parte Rutheno-Catholicorum nullus. Haec omnia mihi constant ex diuturna in eodem oppido commoratione.

Ad 11num. Amplitudo diaecesis Munkacsiensis ad decem et amplius comitatus se extendentis, ex hoc clarissime ostenditur quod jurisdictioni episcopi pura loca ultra octingenta mixta vero quadringenta subiaceant. Parochi vero numero septingenti subsint. Populus autem confessionis (fol. 8v) capax numerum centumnovemdecim milliarum excedit. Haec scio ex calculatione per consistoriales facta et a me perlecta.

Ad 12num. In diaecesi Munkacsiensi nullum erectum est seminarium. Ad supplementum vero ipsius adtunc⁷² juvenes [...] ⁷³ tercenti qui propriis sumptibus⁷⁴ victitantes Munkacsini scholas frequentant, et theologiam dogmatico-moralem sub explanatione trium professorum condiscunt,⁷⁵ quorum duo cum salario tercentonem florenorum Rhenensiorum,⁷⁶ tertius vero centum viginti florenos clementer destinati sunt. Haec omnia ipsemet vidi.

Ad 13tium. Ecclesia Munkacsiensis vacat per obitum episcopi Joannis Bradacs episcopi in die 4ta Julii anno currentis interventum, cui egomet interfui.

Ita pro veritate respondi ac deposui

Ego Michael Bradács, Generalis Seminarii

Cleri Regni Hungariae pro clerica

susceptus alumnus manu proprio⁷⁷

67 Áthúzva: *intrinsecus*

68 Egy olvashatatlan szó

69 Beszúrva

70 Beszúrva

71 Egy olvashatatlan szó

72 Egy szó áthúzva

73 Egy olvashatatlan szó

74 Egy szó áthúzva

75 Föle beszúrva

76 Föle beszúrva

77 Saját kezű aláírás

11.

Bécs, 1772. október 4.

A Bacsinszky András püspöki processzusához mellékelt okiratok hitelesítése

ASV Arch. Nunz. Proc. Can. fasc. 515, fol. 8v–9v.

Kiadatlan

(fol. 8v)

His peractis Dominus Procurator pro parte sui Principalis produxit in hac Cancellaria Apostolica sequentia documenta;

1o. Attestatum de suscepto baptisate deque natalium legitimate.

2do. Exemplar literarum regiae nominationis.

3tia. Formatas, seu attestatum de susceptis ordinibus seu minoribus seu majoribus.

4to Testimonium super archidiaconatu cathedrali et sede vacante vicariatu generali.

Pollicitus est autem Reverendus Dominus Promovendus antequam consecratur in episcopum professionem religiosam instituti Basiliani se emissurum.

(fol. 9r)

Quae omnia una cum instrumento professionis fidei a semper memorati Reverendissimo Domino Andrea Bacsinski juxta formulam pro Graeci ritus unitis praescriptam emissa⁷⁸ Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Nuncius huic processu inseri atque inclusi mandavit.

Et quia ego infrascriptus Notarius Apostolicus hujus Sanctae Nunciaturae cancellarius memorata inquisitioni ac testium depositionibus per eundem Illustrissimum et Reverendissimum Dominum Nuncium Apostolicum supra habitis et receptis requisitus personaliter interfui, nec non juramenta ab indicatis testibus solemniter praestari vidi et audivi, eorum responsa in scripturam fideliter redegei, ac documenta quae sequuntur authentica et legitima esse recognovi. Idcirco hunc inquisitionis processum conscripsi, dicta documenta eidem inserui, me subscripsi, sigillum meum apposui, quibus a me legitime peractis processum eundem firmavi et roboravi. Actum Viennae Austriae in aedibus Sanctae Nunciaturae Apostolicae die 4ta mensis Octobris anno Domini 1772. pontificatus autem Sanctissimi Domini Nostri Clementis XIV. anno tertio.

Julius Caesar Bignami

Notarius Apostolicus Sanctae Nunciaturae

Viennensis Cancellarius manu proprio

(vörös viasz kiscepsét)

Antonius Eugenius Vicecomes Dei et Apostolica Sedis gratia archiepiscopus Ephesus⁷⁹ Sanctissimi Domini Nostri Clementis divina gratia Summi Pontificis

78 ASV Arch. Nunz. Proc. Can. fasc. 515, fol. 10r-12v

79 Antonio Eugenio Visconti efezusi érsek, bécsi nuncius (1767–1774)

ejus nominis XIV. praelatus domesticus et solii Pontificii assistens, ejusdemque ac dictae Sanctae Sedis Apostolicae apud Sacras Caesareo-Regias Majestates cum facultate legati de latere nuncius.

Supradictae informationi super qualitatibus Admodum Reverendi Domini Andreae Bacsinski ad Ecclesiam Munkacsiensem nominati (fol. 9v) per nos ipsos assumptae, ac per Reverendum Dominum Julium Caesarem Bignami notarium apostolicum et Sanctae hujus Nunciaturae cancellarium ut supra fideliter in scripturam redactae plenam fidem adhiberi, et ex depositionibus dictorum testium ad eandem inquisitionem assumptorum integram veritatis probationem haberi posse asserimus eundemque Dominum Andream Bacsinski valde dignum esse qui ad episcopatum Munkacsiensem promoveatur in quorum omnium et singulorum fidem nos quoque veritati testimonium propria nostra subscriptione nostrique majori sigilli impressione addidimus. Datum Viennae Austriae ex aedibus solitae residentiae nostrae die 4. mensis Octobris anno Domini 1772.

A(ntonius) E(ugenius) Archiep(iscopus) Ephes(inus) Nunc(ius) Ap(osto)licus

(papírfelzetes vörös viasz nagypecsét, sárga-fekete sodrott selyemzsinórral)